



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Jncipit Prologvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

nus orationi meæ succurras, ne vel professio mea debilitata succumbat, & per occasionem imperitiæ, pia voluntas inuidiæ dentes imbuat, vnde & tecum latere desiderat, ne in publico erubescat. EXPLICIT EPISTOLA.

### INCIPIT PROLOGVS.

**M**ILITIAM Christi licet varius pugnandi modus exerceat, diuersa triumphandi gloria coronet, par est tamen disciplina, similis affectus, eadem forma; quomodo sui Regis impressi patientiæ sigillo, ad ipsum inrequietis anhelantes animis similitudinē suam, ad vnam faciem primæ pietatis instaurant. Vnde Patriarchæ & Prophetæ latores legum, victores Regum, Ecclesiam noui Testamenti per mediatorem Iesum Christum, in vnum corpus aduniendam benedicendo, piæ proles successionem sancti Spiritus oraculo & veræ professionis organo de longe salutant, vt varijs aut verborum, aut rerum ostentis exprimant, quos sibi videlicet moribus concordēs futuros esse præuiderant. Inter quos & sanctos Martyres per exemplum præteritorū, aliqui ita describunt, vt sole luceat splendidus, quod in omnibus vnus fuerit spiritus. Hi ergo per contemptum cognati doloris & amaræ necis, ad thronum æternæ charitatis familiarius aspirant. nam inter cruciatus libera spei contemplatio, pro difficili conditione processit ad altitudinem gloriæ. Quare si ab illis tantum venerationis habuerunt, cum adhuc non essent; quid à nobis habituri sunt, qui doctrinis eorum & exemplis instituti cotidie patrocinij fouemur. Ex quibus beatus Pontifex Emmeramus, auream in seculo famam dereliquit, qui pro fratre suo pretiosum sanguinē fudit. Et vt duplex pietatis foret auctoritas, crimen alienum innocentia suæ imposuit, quatenus eum liberaret à morte corporis, quem antea sustulerat



lerat ab interitu mentis. De cuius moribus, certamine, triumpho, & meritis, quod scriptis & recenti memoria nobis potuit peruenire, futuris temporibus prouidemus. EXPLICIT PROLOGVS.

## INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI.

- |  |       |
|--|-------|
| <b>Q</b> UOMODO beatus Emmerammus apud Pictauium nutritur, ac literis eruditur, & vniuersis factus est amabilis.                                       | I.    |
| Quod post pueritiæ flores, & adolescentiæ bonos odores promorum maturitate sublimatur episcopatus dignitate.   | II.   |
| Qualiter semetipsum palastra virtutum exercuit & subditis & cæteris harum exemplar demonstrauit.   | III.  |
| Quia non contentus cura ouium commissarum alias duxit in ouile Dominicum, & insuper pro nomine Christi desiderauit peregrinari.                        | IV.   |
| Quod post nobilem animi disceptationem exul veniens in Basoariam intrauit Radaßonam.   | V.    |
| Quod à Principe Pannoniam petendi licentiam postulauit, & hanc non obtinens dispositioni diuinæ animum supposuit.                                      | VI.   |
| Qualiter Noricam adhuc in fide nouitiam excoluit & post eriennem in ea laborem Romam ire disposuit.  | VII.  |
| Quod dominicæ dilectionis exemplo alteritatis onera suscepit, & per Spiritum prophetiæ Ecclesiasticis ventura prædixit, sicq; iter suum Romam direxit. | VIII. |
| Quod Ducis filia est sceleris publicata, & quia Lampertus virum DEI est persecutus, pro inobedientia multatus est grani sententia.                     | IX.   |
| Quod Præsul almus celebrat hymnos, & sermone confortat discipulos.   | X.    |